



P R Æ F A T I O A D
L E C T O R E M.

PHARMACOPŒAM Augustanam
septenis excusam
vicibus, hac in for-
ma prodire volui-
mus. Is vt seruiamus, quibus
nihil prius est, quam raritate
charum & pretiosum Thesau-
rum hunc, manibus nocturnis
diurnisque terere, secum gestare,
& inter ambulandum euolue-
re, quod prior forma non ita
admisit commodè. Pharma-
copœis à Medicamentorum
preparatione seruientes, & Medi-
cinæ studiosi hanc auebant jam
a 4 olim

P R A E F A T I O.

olim formam. Hi, vt qua arte
in Medica procederetur cura,
obseruarent. Cernunt ab alte-
rantibus, coquentibus, tenuan-
tibus, abstergentibus, incidenti-
bus, ac aperientibus, nos exor-
sos esse, præparemus, vt humo-
res noxios, corpusque purganti-
bus facilius vt successus dare-
tur: Quæ ordine sequuntur se-
cundò, sub forma syrupi, mel-
lis, pulpæ, Electuarii, aut solidi,
aut mollis, pilularum, extracto-
rum, & salium. Decocta his
proxima inseruiunt diluendo
ea. Quæ roborant post princi-
pia stant, Ecclegmate, Trochis-
cis fugantes tussim; munientes
cuius facultati suam artem
pro-

P R A E F A T I O.

propriam, aut in puluere, antidoto, opiatæ forma, aut in condito, cōserua; quibus aquæ sunt pro seruitio: Agmen totum claudunt Olea, Vnguenta, Emplastra, Cerata, quibus defenduntur corporis humani extrema, restaurantur & perdita refarciuntur. His dextro Apolline, morbos fugat Medicus armatus. Illi quos Phœbus arridet fœlix, ex hoc ediscunt, & disponere medicamenta, & arte pharmaceutica operari. Ambobus hæc forma peregrinantibus, ambulanti bus seruit, prior in Officinis dispensationi accommodatior est.

Consumatum hoc opus an-

a 5 tecef-

P R A E F A T I O.

recessores nostri perfecere, quic-
quid adjecimus. Etsi laudem
merentur, audiunt tamen, IN-
VENTIS ADIICERE ES-
SE FACILIMUM. No-
bilissimus Clarissimus D.D. A-
DOLPHVS OCCO Ter-
tius glaciem frangens, ex Me-
fuæo, Alexandrino, Nicolao
Myrepfio, Anutio, Fœsio, Cor-
do, Fuchfio, Coudenburgio, a-
liisq̃ue auctoribus præstantissi-
mis, probatissima quæq; protu-
lit, in vnum coadunans seruiret
vt posteritati, cui, quod habet
debetur. Adoravit sanctos hu-
jus autoris manes Raymundus
noster Mindererus, suas dum
pharmacopœæ nostræ manus
adhi-

P R A E F A T I O.

adhiberet, industriam reuerendi hujus senis maiori cumulans encomio, quam eius labores adaugens ingenio. Haud nesciens nulli ætati encomium & ingenium negatum esse. Posterisque facilius emergere esse, quam frangere: Priorum parentandum effractioni. Relinquimus priscæ ætati suos honores integros, nostram in hoc opere sterilem esse nolimus. Quamvis augendi & corrigendi aliquid in eo hoc tempore animus non defuerit, ne plures fuissent offensi quàm conciliati. Currimus itaque à carceribus Raymundi Mindereri, collimantes ad ejus metam, haud nescii labores

P R A E F A T I O.

bores nulli in vita hac defuturos; nec post mortem amicos parentantes, aut momos ridentes. Manum Germani, Itali, Belgæ, Galli, Hispani huic labori plus quam frugifero adhibere, nostrum inter illos locum habere volumus, qui conjunxit horum omnem. Ne verò dicas farraginem nos dedisse, qua onerari magis Pharmacopœi, quam honorari Respublica possit; scias ea collecta hic reservari, quæ priscorum experientia inuenit, sedulitas nostra adplicat; iisque Respublica nostra vix carere potest. Inaprico sunt omnes nostræ compositiones, & patet etiam ad magnalia nostra
liber

P R A E F A T I O.

liber aditus. Cælari enim illa nō
possunt, dum Christiani sumus,
à quibus proximo benè fit. Itaq;
simplicia, composita medica-
menta & quæ aptè ac concinnè
proximis editionibus prodire,
vna cum Prolegominis videbis,
nec est quod desideres. Legun-
ture enim in paruo, quæ magno,
& quidem benè. Candide igitur
Lector, omnia, ac singula
animo complectere eo, qua fide
hæc ipsa à nobis conscripta & in
publicæ sospitates emolumen-
tum luci data esse (si liuor non
obstiterit) cernes. Vale.

*Decanus & Collegium
Medicum August.
Vind.*

